

IOANNES BAPTISTA PACHELEB IVRECONSULTVS  
vuiennensis.



Ioannes Baptista ex nobili familia Pachleborum patre Andrea prætore Viennense natus est. Is à pueris optimis literis incubuit, & ijs perceptis iurisprudentiae operam dedit. Itaque factum ut Legum Doctor omnium applausu creatus fuerit. Ad hanc eruditionem adiungebat & uitæ integritatem, & magnam animi prudentiam. Id cum Ferdinandus rex intellexisset, ipsum non modò ad consilia asciuit, sed maximo insuper munere Fisci aduocati, in his quæ Austriæ ditionem contingunt, rebus maximis & grauissimis insignito, usus fuit. Itaque Ioannes Baptista anno circiter 1545 & deinceps hoc officio egregie functo, principem pium aduersus querulantes prouinciales pro more defendit, atque ut suum cuique tribueretur, magna gloria curauit. Hinc factum ut & regi & eius subditis ob uitutes longe gratissimus extiterit. Vu. Lazius lib. 3. rerum Vienensium.